Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



nis mei / quem ego dixi uobis. Non
est seruus maior dño suo. Si me
persecuti sunt / et uos persequentur.
Si sermonem meum seruauerunt /
et uestrum seruabunt. Sed hec omnia
facient uobis propter nomen meum /
quia nesciunt eum qui me misit.
Si non uenissem et locutus fuissem
eis / peccatum non haberent. Nunc
autem / excusationem non habent
de peccato suo. Qui me odit / et pa
trem meum odit. Si opa non fe
cissem in eis que nemo aliis fecit /
peccatum non haberent. Hec autem et
uiderunt et oderunt et me et pa
trem meum / sed ut impleatur
sermo qui in lege eorum scriptus est
quia odio habuerunt me gratis.
Illo tempore / Dixit ihs. S. Johanne.
d's. / Hoc est preceptum meum /
ut diligatis inuicem sicut dilexi
uos. Maiorem hac dilectionem
nemo habet / ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. Vos a
mici mei estis / si feceritis que ego
precipio uobis. Jam non dicam uos
seruos / quia seruus nescit quid fa
ciat dns eius. Vos autem dixi ami
cos / quia omnia quecumque au
diui a patre meo nota feci uob
Non uos me elegistis / sed ego
elegi uos ut eatis et fructum af
feratis. et fructus uester maneat.

et qd cumq; petieritis patrem in no
mine meo det uobis. De uirtu
Metuentes dnm. et sapientie.
sustinere misericordias eius / et non
flectatis a illo ne cadatis.
Qui timetis dnm credite illi / et non
euacuabitur merces uestra. Qui timetis
dnm speraite in illum / et in oblectatio
ne uenient uobis misericordia. Qui ti
metis dnm diligite illum / et illu
minabuntur corda uestra. Respicite
filii nationes hominum / et scitote
quia nullus speranit in dno et
confusus est. permansit in manda
tis eius et derelictus est. Quis
inuocauit illum et despexit eum.
Quia pius et misericors est dns ds
ter / ad corinthios. ni
Spectaculum facti sumus mun
do / et angelis et hominib. Nos
stulti propter xpm / uos autem prudentes
in xpo. Nos infirmi / uos autem
fortes. Vos nobiles / uos autem ig
nobiles. Usq; in hanc horam et
esurimus et sitimus et nudi sumus et
colaphis cedimur et instabiles sumus
et laboramus operantes manibus nris
Maledicimur et benedicimus / persecu
tionem patimur et sustinemus / blas
phemamur et obsecramus / tamquam
purgamenta huius mundi facti
sumus / omnium peripsima usq; ad
huc. Non ut confundam uos hec